



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias
Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam,
Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

**Chokier, Érasme de
Coloniae Agr., 1684**

§. Septimus. Summarium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61908](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61908)

nanter etiam quod articulus receptionis testium in causa criminali non sit delegabilis. Lancel. ubi supra lib. 2. de probation. §. Si qui in gloss. verb. dirigat. Quis tamen de re vide distinctionem Abbatis cap. si qui de testibus DD. cap. mulieres de iudicis in 6.

S E P T I M U S.

S U M M A R I U M.

1. Quae sit via clausula sine solemnitate.
2. Jus Canonicum sustulit rigorem Juris Civili.
3. Casus quibus citationis defectus actum non vitiat.
4. Dictiones, dummodo, alia, quid denotent.
5. Dictionum Rota recta differentia.
6. Pontifex tollit nullitates.
7. Constitutio Clementis tollens nullitates.
8. Solemnitatis sublata effectus.
9. Sigilli appositio quid operetur.
10. Quid Sedes Apostolica appellatione comprehendatur.
11. Actus cujus expensis fieri debeat.
12. Expensa qualiter taxanda.
13. Opus ne sit citatione ad videndum condemnari in expensis.
14. Qualiter fiat executio, & an delegati habeant executores armatos.
15. De executione brachii Secularis.
16. Reipublica interest res iudicatas mandari executioni.
17. Quid dicatur proprium.
18. Nuntii à procuratore differentia.
19. Celeritas damnata.
20. Culpa tabellarii cui imputanda.
21. Ordinarii ad vigilare debent, ut processus formati contra Exemptos Romam deferatur.
22. Iudex, ad quem acta causa remittuntur, an ad aperturam opus habeat citatione.
23. Cognitio causarum Exemptorum spectat ad Pontificem vel ejus delegatos.
24. Dicitio, alius, quid denotet.
25. Causa Exemptorum specialis opus habeat commissione.
26. Iudex debet omnia rimari.
27. Culpabilis quis dicatur.
28. Ad condemnationem qualiter sit procedendum.
29. Indicia ad torturam.
30. Tortura elicitur veritas.
31. Iudicium turbantia.
32. Dictionis seu energia.
33. Dictiones per virtus.
34. Jurisdictio ordinaria quando censetur excitata.
35. Modus judicialis persequendi crimina.
36. Inquisitio quando non necessaria.
37. Crimina omnia iure Canonum sunt publica.
38. Legimus procedendi modus quis sit.

39. Clausula una aliam declarat.
 40. Clausula & qualitates precedentes insistant in sequentia.
 41. Dicitur prout quid designet.
 42. Iudex quousque dicatur sanctus officio.
 43. Appellari num possit à sententia hoc in casu lata.
 44. Appellari à correctione an possit.
 45. An à sententia interlocutoria causa

- correctionis.
 46. Quid si iniustitia sit evidens aut facili probatur.
 47. Quid si sententia peccet in forma huius constitutionis.
 48. Extravagans qualiter producenda.
 49. Extravagans an habere debeat datam temporis.
 50. Centum Casus in quibus appellatio vetita est.

(86) **A**C processum ipsum (87) quem ratione solemnitatis iuris (88) præterquam ratione citationis omiffæ (89) dummodo delictum alias ritè probatum fuerit (90) nullum allegari vel dici posse prohibemus, (91) sed per eos habitum clausum (92) & eorum sigillo munitum. (63) Ad Sedis Apostolicæ examen (94) ipsorum Exemptorum delinquentiam expensis (95) etiam in ipso processu factis (96) ad quorum solutionem ordinarii ipsi possint eosdem inquisitos & accusatos compellere, (97) per proprium (98) vel alium (99) nuntium (100) quanto citius (101) destinare procurent (102) apud eandem Sedem (103) per Romanum Pontificem (104) vel alium (105) cui duxerit committendum (106) diligenter (107) examinandum (109) & ita (110) culpabiles repetitos (111) quoad condemnationem (112) vel propter sufficientia indicia (113) propter quæ ad torturam (114) pro veritate exquirenda (115) procedi valeat (116) ad ipsos Diocesanos seu ordinarios (117) per eos (118) auctoritate nostra (119) in causa inquisitionis seu accusationis (120) ulterius (121) legitime procedendum (122) & causam ipsam (123) pro ut iustum fuerit (124) terminandum (125) remittendum.

SCHOLIUM.

(86) **A**C processum ipsum. Id est iudicii relam & acta judicialiter coram ordinario habita & gesta de plano summarie sine magno iudicii strepitu & sine longè (ut inquit Poeta) sufflamine litis.

G 3

(87)

(87) *Quem ratione solemnitate.* Per hanc clausulam reducitur ordo procedendi ad jus gentium adeo, ut illius vigore ceteri debent sublati omnis ordo cognoscendi introductus à Jure Civili vel pontificio, iudexque eo casu observare tantum teneat formam iudicii inductam de jure gentium vel naturali. *Lancelotti de auctoritate part. 1. in prefatione num. 63.* Sublata enim omni juris solemnitate, sublatus est etiam omnis ordo in cognoscendo. *Latus Lancelot. d. num. 63. & 64.* Nam & jure Canonico solemnitas exquisita actionum & rigor sunt sublati. *cap. dilecti, cap. examinata de iudicio. Lancelot. Instit. Canon. lib. 1. de constit. Eccles. in fin. in gloss. verb. iudicia.* Et Pius Papa IV. Clemens VIII. statuerunt, ex defectu solemnitatum aut terminorum quorumcumque processum de nullitate dici non posse, praterquam ex defectu citationis mandati aut jurisdictionis, uti videre plenius est ex Bulla apud Paulum Piazeccium in *praxi Episcopali part. 2. cap. 4. Rubr. de ord. iud. num. 69.* Proinde remissa solemnitate testes produci & audiri poterunt diebus etiam in honorem Dei feriatibus. *Hugo Cellus de clausulis, num. 90. Barth. l. 1. ff. de test. milit. Bald. l. solam in fine C. de testib. Lanfranc. Clem. sepe de verb. sig. vers. in honore.* Credetur testibus injuratis, produci poterunt alii post publicationem, admittentur probationes invalidæ, non admittentur repulsa testium etiam sine causa deponentium, qua de re plene Cellus Hugo i. loco & Barth. l. *Filius famil. vel late ff. de donat. & infra Scholio 88.*

(88) *Praterquam ratione citationis.* De nullitate proveniente ex defectu citationis & modis nullitatis salvantibus late tract. Sebast. Vantius de nullitat. tit. de nullit. ex defectu citationis. Rectè itaque Pontifex excipit defectu solemnitatis citationis. Cum ea sit juris naturalis, quod est immutabile. *Paul. Lancelot. instit. Canon. lib. 3. de in jus vocando §. 2.* Non tamen indistinctio vera est hæc theoria, Actum omnem vitari defectu citationis. Referuntur enim ab Antonio Nicello in *Concordiis glossarum. Concordia 52. num. 224.* à Jafone in *l. nequicquam §. ubi decretum ff. de offic. procurator. conf.* Et Roberto Marant. de *ord. iud. part. 6. memb. 1.* alique classicis Doctoribus casus, quibus defectus citationis actum non vitiat quos summam non pigebit recensere.

- I. In augendis vel minuendis dilationibus. *Nicellus d. loco nu. 227. Barth. in Extravag. ad reprimendum verb. per edictum.* id quod admittit limitationes.
- II. Cum citatus declarat, se non compariturum. *Nicell. num. 229. Bald. l. 2. C. Quomod. & quando iudex. Marant. loco infra citato.*
- III. Cum fertur sententia in ultima die compromissi ait. *Nicell. num. 230. Marant. in Speculo part. 6. memb. 1. num. 18.*
- IV. Papa potest contra detentores rerum Ecclesiæ sine citatione ferre sententiam. *Nicell. num. 232. Marant. ubi supra num. 10.*
- V. Iudex potest declarare processum nullum sine citatione. *Nicell. numer. 232.*

Abbas cap. causam que de Rescriptis.

- VI. Cum partes presentes. *Nicell. num. 234. Marant. d. loco num. 12.*
 VII. In sententia Principis. *Nicell. num. 236. Marant. d. num. 10.*
 VIII. In inhibitionibus per Ecclesiasticos iudicibus Laicis factis. *Nicell. num. 237.*
Bald. l. Presbyteri C. de Episc. & Clericis.
 IX. In iis de quibus præiudicio non principaliter sed secundario agitur. *Nicell. num. 239. Marant. d. loco num. 30.*
 X. Cum quis fuit Citatus ad totam causam & processum usque ad diffinitivam, *Nicell. n. 144. Speculat. de positionib. § in fin.*
 XI. In contumace in respondendo positionibus. *Nicell. num. 246.*
 XII. Cum alicui interdicitur administratio tanquam prodigo, *Nicell. num. 246*
h. ubi glo. ff. de curat. fin. DD. l. is cui bonis ff. de verb. oblig.
 Item quando semel declarat se nolle comparere, *Farinac. dec. 345. nu. 3. part. 12.*
 Item quando executor sententiæ secundum tenorem illius se informat de idoneitate, *Mlis in Repert. verb. citatio non requiritur fol. 67.*
 XIII. In datione tutoris vel curatoris, *Nicell. n. 248. Barib. l. qui habere §. quodlibet ff. de tut. in l. legitimos ff. de legitimo tutore.*
 XIV. Cum sententia ferenda est secundum conscientiam, *Nicell. num. 248. Marant. ubi supra num. 21.*
 XV. Quando commissio facta est per verba sonantia monitionem, *Nicell. num. 250.*
 XVI. In commissione revisionis rationum, *Nicell. num. 251. Barib. l. 2. §. 1. ff. de admistr. rerum. ad civit. cert. Marant. ubi supra num. 24.*
 XVII. In sententia taxationis expens. *Nicell. num. 252.* intellige quando in sententia non fuit requisita citatio, *Barib. l. terminato C. de fruct.*
 XVIII. Cum questio est validitatis processus agitati coram alio iudice, non requiritur citatio illius iudicis, *Nicell. num. 3. 3. Barib. l. 1. §. fin. ff. ad turpit. cap. cum speciali ubi DD. de appell.*
 XIX. Sententia lata in favorem non citati valet, *Nicell. num. 254.* si sit interlocutoria, secus in diffinitiva, *Abb. c. querelam col. 4. de procurat.*
 XX. In absolutione à juramento, *Nicell. num. 155.* quod tamen non est indistinctè verum, uti late hic ostendit.
 XXI. Cum citatio realis seu captura fit ex actis præcedentibus, *Nicell. n. 64.* quod & maioris est indaginis.
 XXII. Cum parti non adfertur plenum præiudicium, *Nicell. n. 266. ubi vide.*
 XXIII. Cum quis appellavit ab interlocutoria, *Nicell. n. 268. c. cum qui de dolo & cont. in 6 Clem. n. 1. c. d. tit.*
 XXIV. Contra rebelles Ecclesiæ, *Nicell. n. 269.*

XXV.

- 6 In *Constit. Concil. Later. Exempti. à Jurisd. Ordin. moderant.*
- XXV. Cum citandus caret Exemptionibus, *Nicell. nu. 270. Marant. n. 37. Neu. conf. i. n. 16. de foro competenti.*
- XXVI. In vero contumace, *Nicell. n. 272. l. contumacia ff. de re jud.*
- XXVII. Cum judici à partibus est talis data potestas, *Nicell. nu. 273. Barb. c. DD. l. si societatem §. arbitrorum ff. pro socio.*
- XXVIII. Cum quis promittit prosequi iudicium intra certum tempus, illudque esset elapsum, *Nicell. fall. 29.*
- XXIX. Actus parte non citata factus potest parte non citata revocari, *Nicell. nu. 275. Rom. sing. 777.*
- XXX. Cum præsens non vult litem contestari, *Nicell. n. 276. Barb. Auth. qui se mel col. fin. l. quomodo §. quando iudex.* Vel si præsens esset nihil haberet relevans quod opponeret, *Navarrus conf. 4. num. 16. de foro compet. Abb. & Felin. cap. cum olim de re iudicata, aut unde posset devenire. Fel. d. loco §. in cap. causam quo de respici. Navar. d. n. 16.*
- XXXI. Cum iudex tacite ad ulteriora procedit, *Nicell. fall. 32. Barb. l. à presidente C. de dilat.*
- XXXII. In sententia excommunicationis, *Nicell. fall. 33. Mis. in Repert. verb. citatio partis non requiritur, fol. 68.*
- XXXIII. In absoluteione ab excommunicatione, *d. fall. 33. Mis. in Repert. verb. citatio partis non requiritur.*
- XXXIV. Cum statuta declarantur esse contra Ecclesiasticam libertatem, *Nicell. fall. 35.*
- XXXV. Cum iudex vult superiori merita causæ recensere,
- XXXVI. Cum proceditur contra tutorem vel prælatum prodigam, *Nicell. fall. 37.*
- XXXVII. In notoriis, *Nicell. fall. 38.*
- XXXVIII. Si fuit renuntiarum, *Nicell. fall. 39. ubi supra.*
- XXXIX. In acta legitimacionis, *Nicell. fall. 40.*
- XL. Cum commissio facta est cum clausula si idoneum repereris, *Nicell. fall. 41.*
- XLI. In præceptivis, *l. Si debitori ff. de re jud. Nicell. fall. 42.*
- XLII. In examine testium in certis casibus, *Nicell. fall. 43.*
- XLIII. In electione cum est periculum, *Nicell. fall. 44.*
- XLIV. Cum fit declaratio aliquem incidite in penam constitutionis, *Nicell. fall. 45.*
- XLV. Cum iudex competens se declarat incompetentem, *Nicell. fall. 46.*
- XLVI. In casibus ut petfectius C. de Annali præscript. *Nicell. fall. 47.*
- XLVII. Cum commissioni adicitur clausula si inveneris, *Nicell. fall. 48.*
- XLVIII. In inquisitione generali, *Nicell. fall. 49.*
- XLIX. In

- XLIX. In imploratione brachii Sæcularis, cap. 1. de offic. ord.
 L. In meris gratiis, Nicell. fal. 51.
 LI. Cum testes ex officio examinantur, Nicell. fal. 52.
 LII. In sententia absolutoria à peccatis, Nicell. fal. 53.
 LIII. In commissione facta auditori causæ personalis, Nicell. fal. 54.
 Item in excommunicatione quæ generaliter fertur pro culpis præteritis vel futuris quæ ignorantur, Navar. cons. 1. num. 16. de foro compet.
 LIV. In revocatione commissionis, vel interlocutoriæ, Nicell. fal. 55.
 LV. Cum citatio tollitur ex prohibitione statuti, Nicell. fal. 56.
 LVI. In consultore qui non citat partes, Nicell. fal. 57.
 LVII. In generalibus bannimentis & proclamationibus, Nicell. fal. 58.
 LVIII. Cum partes dederunt auctoritatem ingrediendi possessionem sine alterius citatione, Nicell. fal. 59.
 LIX. Cum proceditur ad executionem sententiæ appellatione deserta, Nicell. fal. 60. ubi vide distinctionem.
 LX. In ultima die termini, Nicell. fal. 61.
 LXI. Cum petitur rescindi instrum. falsum. Quia non est necesse citare testes qui falsificarunt, Nicell. fal. 62.
 LXII. Cum quis arripit iter ad summum Pontificem, Nicell. fal. 63.
 LXIII. In inventario faciundo, Nicell. fal. 64.
 LXIV. Cum cognoscitur an monachus possit accusare, Nicell. fal. 65.
 LXV. Cum iudex vult revocare interlocutoriam, Nicell. fal. 66. apud quem vide distinctionem.
 LXVI. In præparatoriis iudicii, Nicell. fal. 67.
 LXVII. Cum periti in arte faciunt relationem, Nicell. fal. 68.
 LXVIII. Cum decisio committitur conscientiæ, Nicell. fal. 70.
 LXIX. In decreto super alienatione rei minoris, Nicell. fal. 71.
 LXX. Quando scedula appellationis offertur, Nicell. fal. 72.
 LXXI. Cum interdicitur furioso prodigo administratio, Nicell. fal. 73. quem tamen vide.
 LXXII. In sententia super instrumento guarentigiato, Nicell. fal. 74. quod est majus requirit examen.
 LXXIII. In interlocutoria quoad iudicium inchoandum, Bald. l. 1. C. de sentent. ex peric. recitand. Nicell. fal. 75.
 LXXIV. In scrutinis in Doctorando, Nicell. fal. 76.
 LXXV. Quando arbiter ultima die compromissi prorogat compromissum, Nicell. fal. 77.
 LXXVI. In impetratione rescriptorum vel privilegiorum, Nicell. fal. 78. qua de

- de re nonnulla alia, alio in loco attuli, *lib. 1. de jurisd. ord. in Exempt. cap. 12. Item dispensationis. Anton. Milis verb. citatio non requiritur fol. 67. pag. 2.*
- LXXXVII. In reo appellante, qui appellacionem non prosequitur. *Nicell. fol. 79.*
- LXXXVIII. Cum quis vult uti privilegiis matrimonii. *Nicell. fol. 80.*
- LXXXIX. Cum iudex eadem die vult supplere. *Nicell. fol. 81.*
- LXXX. Sufficit majorem univertatis citare. *Nicell. fol. 82. Rom. sing. 759. Baldo cap. 1. de milit.*
- LXXXI. Quando ob enormia ipso jure sententia inferitur. *Nicell. fol. 83.*
- LXXXII. Notarius potest dare copiam instrumenti. *Nicell. fol. 84.*
- LXXXIII. Cum ordinarius confert beneficium ipso jure vacans. *Nicell. fol. 85.*
- LXXXIV. In actu traditionis possessionis, cum pars in processu fuit citata. *Nicell. fol. 85.*
- LXXXV. Cum filii ex delicto patris puniuntur. *Nicell. fol. 87.*
- LXXXVI. Cum Princeps intra annum non expellit hæreticos. *Nicell. fol. 88.*
- LXXXVII. In contumace vero & notorio. *Nicell. fol. 89.*
- LXXXVIII. Cum citatio est continuata ad alium diem. *Nicell. fol. 90.*
- LXXXIX. In petitione rescissionis contractus, non est necesse ut citentur testes. *Nicell. fol. 91.*
- XC. In petitione possessionis ex testamento non vitiato. *Nicell. fol. 92.*
- XCI. Citans aliquem non est necesse ut citetur. *Nicell. fol. 93.*
- XCII. In omni actu ex quo ab executione potest incipi. *Nicell. fol. 94.*
- XCIII. Cum requiritur justificatio actus celebrati post illius celebrationem. *Nicell. fol. 95.*
- XCIV. Iudex informare potest se de stylo in camera.
- XCV. In alienatione sui juris. *Nicell. fol. 98.*
- XCVI. Contra infringentem carceres. *Nicell. fol. 98.*
- XCVII. In declaratione judiciali, qua iustus respondere ob non responsum, habetur pro confesso. *Nicell. fol. 99.*
- XCVIII. Quando periculum esset in mora. *Nicell. fol. 100.*
- XCIX. In admisione articulorum, de quorum pertinentia dubitabatur. *Nicell. fol. 101.*
- C. In examinando teste non est necesse citetur. *Nicell. fol. 102.*
- CI. Quando iussu testatoris standum est dicto testis. *Nicell. fol. 103.*
- CII. Satisfaciens in termino. *Nicell. fol. 104.*
- CIII. Cum lis est contestata eum procuratore, non est necesse ut Dominus citetur. *Nicell. fol. 105.*
- CIV. Absentes extra territorium non sunt citandi. *Nicell. fol. 106.*
- CV. In estimatione rerum furto ablatarum. *Nicell. fol. 107.*

CVI. Executor trium sententiarum non est necesse ut citet. *Nicell. fal. 108.*

CVII. In relatione executoris non opus est citatione. *Nicell. fal. 109.*

CVIII. Cum prætor edicit tam citatis quam non citatis. *Nicell. fal. 110.*

CIX. Quando adversarius sine hærede moritur. *Nicell. fal. 111.*

CX. In nuntiatione novi operis. *Nicell. fal. 112.*

CXI. Libellus dari potest sine citatione partis. *Nicell. fal. 113.*

CXII. Quando iudex post conclusionem & peremptorium causam subdelegat.

Nicell. fal. 114.

CXIII. In productione instrumentorum. *Nicell. fal. 115.* idque quo ad simplicem productionem tantum, non verò quo ad præjudicium probationis. *Bald. l. si quando in fine C. de testibus*, qua de re plenius *Nicellus* hoc in loco.

(89) *Dummodo delictum, aliàs ritè probatum fuerit.* Dicitur, *dummodo*, quandoque facti modum, quandoque conditionem infert, cum rei imperfectæ jungitur. *Traquet. de retract. conf. §. 8. gloss. §. num. 1.* Designat etiam præcisum implementum & de necessitate adesse debere illud, cui adicitur. *Hier. Grat. conf. 86. nu. 1. part. 2.*

Dicitio autem *aliàs*, quandoque conditionem designat, quandoque aliud tempus. *Barth. l. ff. de conf. §. de 4. Hieron. Grat. conf. 14. num. 1. §. 4. part. 2.* Vult itaque Pontifex, non temerè ad inquisitionem vel accusationem esse procedendum, nam iura tam civilia quam Pontificia antequam iudicia hæc criminalia exercentur, ut multa solemnia antecedant voluerunt, de quibus doctè & compendiosè *Paulus Lancelottus instit. Canonic. lib. 4. tit. de accusat.* Et quidem meritò, est enim accusatio generis illaudabilis intentionis. *c. si quis Episcopus 2. q. 7.* non rarò ex odio invidiæque procedens, *cap. si omnia ubi gloss. 6. quaest. 1.* Ut meritò sycophantæ vocentur, qui ad accusandum proclives se præbent. *Alciat. l. si calumniatur ff. de verb. sig. §. late Eras. in Chitad. verb. Sycophanta.* Denique Pontifex utitur dictione *Rite*, non verò *Reite*, quia dicitio *Reite* iustitiam causæ respicit. Dicitio verò *Rite*, ritum & solemnitatem duntaxat. *Alciatus l. hac verba ff. de verb. sig. Rochus de Curie tract. de consuetud. num. 37. Abb. cap. secundum de tempor. Ordinand. & cap. 1. §. una vero num. 1. de summa trinitate. Decius l. infantis num. 5. C. Qui admittantur. Spiegelius in lexico juris verb. reite.* Hinc visum fuit quibusdam, quod si euidam committatur cognitio, an quid rectè factum sit, posse cognoscere tantum de iustitia facti, non vero de illius solemnitate. *Alciat. d. loco.* Itaque Pontifex hoc in loco volens delictum ritè probatum, intendit non de probatione, quæ iustitiam causæ criminalis concernit, sed illius solemnitatem, non enim subito & illotis, quod ajunt, manibus, ad iudicia hæc criminalia licet convolare, sed pro solemnitate necesse est ut inquisitionem antecedit fama, idque Regulariter paucis quibusdam casibus exceptis, de quibus *Lancelottus ubi supra §. latius Farinacius in pract. crim. l. 1. quaest.*

Accusationem vero denuntiatio & alia quæ Doctores hac in materia fuisse descripserunt.

(90) *Nullum allegari vel dici posse prohibemus.* Pontifex sustulit hac sua constitutione omnem defectum orientem à jure positivo, ideo de nullitate cujuscumque speciei præterquam ex defectu citationis ut ante dictum est, excipi non potest, *Vantius de nulli. tit. quibus modis sentent. multa defendi possint.* Quin autem Pontifex nullitates omnes à jure positivo provenientes tollere possit, nemo est qui ambigar, uti fuisse ostendit ante laudatus Vantius tit. *an & quomodo libet sententia de nulli impug. possit num. 7. & seqq.* Princeps enim, inquit, nigrum in candida vertit. Exrat & constitutio Clementis VIII. tollentis omnes nullitates, exceptis iis quæ proveniunt ex defectu citationis mandato & jurisdictionis. Quippè quod experientia docet dispendiosam litium prorogationem plerumque ex subrepti ordinis iudicari observatione provenire. *tex. Clem. dispendiosam de iudiciis.* Cujus quidem constitutionis tenor est talis. Litium dispendiis & ambiguis, præsertim inter personarum & jurisdictionis nostræ, etiam in temporalibus, subiectas occurrere, quantum in nobis est, cupientes, statutum sac. rec. Pii IV. prædecessoris nostri, ne iudices alia Urbis nullitates obtendant, nisi ex defectu citationis, jurisdictionis aut mandati ad expeditionem causarum procedant, ad omnes & quocumque iudices ordinarios & Magistratus & Officiales in quibusvis ditionis nostræ temporalis Ecclesiasticæ Provinciarum & Civitatibus, terris, oppidis & locis, quancumque jurisdictionem exercentes, quavis auctoritate & dignitate fungentes, hac nostra perpetuo valitura constitutione excludimus & ampliamus, atque in quocumque tribunali aut curia Sæculari vel Ecclesiastica, firmiter & inviolabiliter servari, sicque & non aliter per quoscumque ex ipsis iudicibus etiam causarum Palatii Apostolici auditores etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales ac legatorum etiam de latere sublata eis & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi facultate in quacumque causa & instantia etiam nunc pendente, aut in futurum movenda, Ecclesiastica, profana, Civilis & Criminali aut mixta iudicari & definiti & quibuscumque nullitatibus præter superius expressis nequaquam attentis ad expeditionem causarum eorundem procedi debere præcipimus & mandamus decernentes irritum & inane, si secus super his per quoscumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis. Datam Romæ anno incarnationis Domin. 1592. 5. ibid. Febr. Qua de re videri poterunt & ea quæ superius in *Scholio 87.* notata sunt. Nimirum remissa solemnitate testes audiri posse diebus etiam in honorem Dei feriatis, item post aliorum publicationem, præterea credi testibus injuratis etiam sine scientiæ causa deponentibus. *Celsus Hugo. tract. de Clausulis num. 9. Barth. l. i. ff. de feriis, l. i. ff. de milit. test. & hæc in*

Et filius familias ff. de donat. Bald. l. solam in fine C. de testibus. Lanfrancus Clem saepe de verb. signif.

(91) Sed per eos habitum clausum. Vide Speculatorem de Remissionibus §. utile n. 6. vers. consulo igitur iudicibus negotia referentibus. Idque ut secreta causae non propalentur arg. cap. venerabilis verb. sigillatim ubi Misng. Et DD. de testibus. Talisque etiam ordo observatur in transmissione actorum habitorum super vita & moribus alicujus sancti Canonizandi, uti refert Troylus Matuetius, tract. de Canonizat. sanctorum part. ult. num. 18. vol. Oce. 5.

(92) Et eorum sigillo munitum. Sigilli appositio fit pro authenticanda & confirmanda fide actorum, rex. Et gloss. cap. per venit. de fidejussoribus Et late materiam hanc evolvit Menoch de arb. jud. casu 113. per tot. fol. 140. Sigilli enim appositio reddit scripturam authenticam & fide dignam. Bald. l. in bone fidei C. de iur. jur. inducitur totius scripturae approbatio etiam alienae. lae Gabriel. com. concl. 1. de probat. concl. 4. per tot. Quid autem si sigillans scripturam non legerit, item quid si sigillum non sit eementes materiam sigilli, pete ex Joanne Bertholino tract. de Episcopo lib. 3. part. 1. tit. Quater eligatur Episcopus num. 21. Et seqq. vol. Oce. 2. denique quid si sigilla sint incognita, vide Speculatorem de remissionibus §. utile vers. quid si sint sigilla Et de probat. §. videndum vers. 10.

(93) Ad Sedis Apostolicae examen. Quid sedis Apostolicae appellatione comprehendatur supra tradidimus, Scholio 17. quis autem dicatur aliquid à sede Apostolica obtinuisse, aut apud Sedem Apostolicam aliquid fecisse, item de audientia Apostolica, curia Apostolica & similibus, vide Navarr. de datis & promissis pro justitia vel gratia notab. 17. num. 29. Hic incipit statuere Pontifex remissione faciendae ad se, causa cujus cognitionem tantum haec tenus ordinatio demandat, quae de re Speculator de remissionibus §. utile vers. alioquin negotium remittat ad delegantem Et cap. ex parte Decani §. pacto de rescript. cap. dudum. scriptum §. 1. de licet.

(94) Isorum Exemptorum delinquentium expensis. Regulariter actus explicari debet expensis illius qui actum fieri postulat, quae de re fuisse Felinus, cap. 1. num. 8. Et §. de libelli. Abbat. Petrus Pechius de iure sistendi cap. 27. Gravatur ad Vestrum lib. 6. cap. 6. ult. num. 14. Et 16. Petrus Surdus de alimentis tit. 1. quest. 63. Et scripti lib. 1. quest. 8. Hoc in casu statuit Pontifex processum adversus Exemptos formari debere, & ad sanctam Sedem transmitti eorundem Exemptorum criminorum sumptibus. Tum ut ordinati qui in uno gravantur procedendo adversus Exemptos, in alio releventur. Qui enim in uno gravatur, aequum est ut in alio relevetur. Item qui in pr. ff. de iur. jur. ardo, Everardi cons. 17. Tum quia actus fit in bonum & utilitatem Exemptorum, & ideo eorum expensis explicari debet, Card. Clem. causam

sam in pr. quest. 20. de elect. Tum quia Pontifex est velut patronus, protector, & conservator exemptorum. Cap. si Papa de privilegiis 16. & ideo eorum defensio fieri debet ipsorum expensis. Archid. cap. filius super verb. denuntiet. 16. quest. 7. Tum quod remissio rei est faciendaa ad superiorum illius expensis. Bald. l. generaliter §. hic de praesentibus C. de rebus creditis. Tum quod iudicis sit arbitrari cujus expensis quid fieri debeat. Bald. d. loco. Tum denique quod Pontifici, qui lex est animata in terris, ita statutum sit, cuius sit pro ratione voluntas. l. prospexi ff. qui & a quibus cap. in causis de re iudic.

12 (95) Etiam in ipso processu factis. Expensae hae regulantur taxanturque ad instar expensarum alius in causis factarum. De quarum ratione & taxatione passim Doctores in cap. finem de dolo & contumacia, l. eum quem temere ff. de iudicis, Gaill. lib. 1. obser. 151. Veniunt itaque in hanc rationem sumptus omnes, quorum ratio alius in causis haberi solet; Equiparatorum enim eadem est ratio. Praeses loco ab equi-

13 (96) Ad quorum solutionem ordinarii ipsi possunt eosdem inquisitos & accusatos compellere. An autem nova ad hoc sit opus citatione ad videndum in expensis condemnari Bartholus censuit opus esse. l. i. num. 13. ff. si quis ius dicenti non obtemper. lib. 3. cap. de dolo & contum. §. idem quoque in gloss. verb. legitime. Compellere ergo poterunt per censuram Ecclesiasticam & aliis iuris remediis etiam invocato pu-

14 blico auxilio brachioque seculari si hoc expedierit. cap. 1. cap. quoniam de officio ordin. Gaill. de pace publica lib. 2. capit. 17. numer. 33. Paul. Lancelot. instit. canon. lib. 2. de Ret. dom. §. Quum in idem verb. remediis ubi gloss. & loco 1. habere Officialis armatos, Abb. cap. Cum non ab homine de iudicis cap. significasti

15 in fine de officio det. Lancelot. ubi supra lib. 3. de iudicis, §. est & alia in gloss. verb. implorare. Felin. cap. significasti, num. 4. de Officio deleg. Delegataque causa omnia delegata censentur, sine quibus causa executioni mandari non potest. c. praeerea de officio de-

16 leg. Lancelot. ubi supra lib. 3. de procuratoribus §. quoniam in gloss. verb. ventillan-jurisdictionis alterius auxilium. Dist. 17. cap. non licuit & 24. quest. 5. cap. Principes. Quia quoties deficit Ecclesiastica potestas, recur. i potest ad auxilium brachii la-

17 cularis 10. quest. 1. cap. petimus, & 24. quest. 5. cap. de liguribus. Unaque jurisdictione debet per aliam adjuvari. can. ad verum dist. 96. & d. ca. Quoniam Lancelot. instit. canon. lib. 4. cap. de hereticis §. utrumque in gloss. verb. brachium seculare, late, Gaill. de pace publica lib. 2. cap. 17. num. 32. & seqq. & susius lib. 1. obser. 115. ubi sigillatim im-

18 vocationem brachi secularis examinat. Ab hoc iure procedunt litterae quas Germani vocare solent mutui compassus, de quibus Andreas Gaill. d. cap. 17. num. 35. Nos vero iuris subsidium vel litteras subsidiales appellamus, sine quibus vana

redderetur & eluforia rerum judicatarum executio. l. à divo Pio §. sententiam Roma 16
 ff. de re judic. l. properandum §. fin autem reus l. de iudiciis l. 1. ff. de offic. consul. &
 ubique Doctores. In spagnam Reipub. perniciem. Status enim reipublicæ (reque
 Cæro præ Syllia) maxime rebus judicatis continetur ut rectè Theodoricus Rex iud
 Calliodorum, variat. Epist. lib. 1. epist. 5. scripsisse dicatur in hæc verba. Unus in
 ter procellas humanas portus instructus est, quem si homines fervida voluntate præ
 tereunt, in undosis jurgis semper errabunt. Itaque in immensum trahi non debent
 finita litigia, quæ enim dabitur discordantibus pax si legitimis sententiis non acquies
 catur.

(97) *Per proprium.* Proprium quid significet & quotuplex sit, tradunt Petrus 17
 Andreas Gammarios, in *dialectica legali* lib. 3. cap. 5. vol. Oce. 1. fol. 287. Et Christo
 phorus Hegendofinus, in *dialect. legali* lib. 1. tom. 12. eodem vol. fol. 239. Sed ii magis
 dialectice. Navarrus vero, de *regularibus comment.* 1. num. 15. proprius ad jurispru
 dentiam, proprium ff. com. prædiorum.

(98) *Velatum.* Dicitur alias diversum quid antecedente qualitate implicat.
 Leobinus Aurelianensis tract. de *mandatis Apostolicis* num. 15. late Abb. Fel. & de *cap. se*
des de rescriptis Rom. cons. 13. Jacob. Aurelian. ubi *supranum.* 21. Non tamen omnino
 dissimile à priore qualitate. Fel. d. *cap. sedis in fine.*

(99) *Nuntium.* Nuntius & procurator quomodo differant, vide Baldum Ca- 18
 strenf. & Doctores. In *nullum l. si quis alteri vel sibi.* Quid si nuntius in via incidat in la
 trones, an tatiens ei obligetur? vide late Petrum Antipoli. tractatu de *muneribus* §.
 1. *diversarum questionum* num. 40. vol. Oce. 11. Quid autem, si nuntius litteras sibi
 committas perdat vel se vis destinet? vide de his & similibus questionib. concetnen
 tibus materiam nuntiorum apud Bondislaum de Villadiego, tract. de *legata parte.* 3.
 per tot. Barib. in *extravag. ad reprimendum verb. per nuntium.*

(100) *Quanto citius.* Celeritas plerumque reprobatur, est enim inimica confi- 19
 lio, inquit Salomon & Poeta.

Tu nimium properas & adhuc in a messis in herba est.
 Proinde vulgatum illud est. *Sar cito, s'fat bene.* Nulla enim res potest esse simul
 & festinata & bene examinata. Ideoque Cæsar Augustus in ore semper fertur
 habuisse FESTINA LENTE. Non ignarus, quod celeritatem penitentia, sed
 eadem fera atque inutilis sequatur, præcipitata enim raptim consilia neque revo
 cari, neque in integrum restitui possunt. Non raro tamen etiam commendatur
 & in præcepto est celeritas, uti per exempla late ostendit Glossographus, in *cap.*
fin. verb. celeritate de elect. in 6. Et elegantissime id demonstrat Ioannes à Choc
 kier frater meus in thesauro suo aphorismorum politicorum. lib. 3. cap. 21. Res
 enim, occasio, tempus, anima est actionum humanarum & rerum bene gerenda
 rum. Itaque Pontifex hic non commendat celeritatem quæ rationi & consilii
 est

est inimica, sed nimiam cunctationem & negligentiam condemnavit, Quod autem iustus aliquid celeriter expedire in mora censeri debeat, vide Paul. Lancel. *insti. Canon. lib. 1. de coll. in 6. verb. mora. DD. l. 2. §. confessim ff. ad Terent. add. supra Scholio 54.*

20 (101) *Destinare procurens.* Cui autem imputari debeat culpa nuntii scilicet destinantis vel rem ei commissam amittentis late distinguendo examinat Bondislaus de Villadiego. *tract. de legato part. 3. num. 37. vol. Occ. 1. 4.* Itaque ordinarii ad vigilent, ut processum deferendum fidei consignent tabellario, quamdiu enim is non est delatus ad manus sanctæ Sedis, Officio functi esse dici non possunt; denominatio enim non fit ab eo quod erit, sed ab eo quod est. *Bal. l. si nondum C. de furtis.* Destinatumque pro completo haberi necdum potest. *l. cetera §. sed si paraverit ff. deleg. 1. Joannes Staphileus de Gratia & expectat. §. circa num. 27. & seqq. vol. Occ. 1. 4. fol. 34. Baldus d. l. si nondum.*

22 (102) *Apud eandem Sedem.* Qui veniant appellatione Sedis Apostolicæ, superius est traditum. *Scholio 17. & 23.* Quære hic licet, quales sint partes iudicis, ad quem causa aliqua remittitur, & an antequam acta clausa & sigillata aperiant, necesse sit citationem emittere in partem cuius interest, videri poterit Speculator *de remissionibus Rubr. quale sit officium eius ad quem sit remissio.* Qui censuit necesse esse: mihi vero hoc in casu non videtur. Tum quod supra succinctim ostendimus in sententia Principis citationem non requiri. *Scholio 7. n. 3. vers. 7.* Tum quod ejusmodi apertio sit exactis præcedens. *ibid. vers. 22.* Tum quod longè ablenes citandi non sint, *ibid. vers. 106.* Tum quod apertio impediri non possit. Denique hic casus est inter plerisque exceptos à necessitate citationis, de quibus late ranta in Speculo.

23 (103) *Per Romanum Pontificem.* Cognitio causarum immediate subiectarum summo Pontifici ejus vel sanctæ Sedis Apostolicæ cognitioni sunt reservatæ, ut dictum est. *tract. de Exemptionibus lib. 1. cap. 1. & seqq.* Quorum cognitionem quorundam aut personarum exemptarum, jurisdictionis in partibus, uti solet conservatoribus, quam ipsiusmet Pontificis eam delegantis. Uti infra ad explicationem Concilii Tridentini multa ordinarij auctoritate delegata demandantis ostendi. *De conservatoribus quest. 107. post. princ.*

24 (104) *Vel alius.* De hac dictione alius, videri poterunt Doctores. *cap. Sedes de rescriptis, fassl. quicumque.* Cui admittant ad bon. poss. & aliquid supra notatum est. *Scholio 28.*

25 (105) *Cui duxerit committendum.* Idque speciali & particulari commissione. Quia causæ Exemptorum non veniunt sub generali commissione facta legatis

gatis Apostolicis, uti latè dictum est, *tract. de Exempt. lib. 2. quest. 2.* prout nec exemptos sub generali dispositione comprehendi plerisque visum est, *dixi ibid. q. 3. lib. 1.* Quid autem si legati sint non tantum qui dicuntur missi, sed nati. Item quid si sine cum potestate legati à latere. Item quid si legati sint à latere? *traditur d. qu. 2. lib. 2. de jurisdictione ordinarii in Exemptos.*

(106) *Diligenter.* Sic etiam D. Gregorius hortatur in hæc verba: Fraternitatem tuam his hortamur affectibus, ut cum Deificus decet timorè causam hanc subtili omnino investigatione perquiras. *tex. Can. quia sunt dist. 18.*

(107) *Examinandum.* Secundum Doctrinam Evaristi Papæ inquiringis. *Judicantem oportet cuncta rimari, & ordinem rerum plena inquisitione discutere. Cap. judicantem 30. quest. 5.*

(109) *Et ita.* De hac loquendi formula aliquid allatum est supra *Scholio 56.*

(110) *Culpabiles reperi.* Id est alicujus criminis vel delicti vere reos culpabiles esse longè plus est quam esse reum. Nomen enim rei dicitur relatum inter reos, cum iudex non obstantibus exceptionibus dilatoriis decernit via regia super accusatione procedendum, vel cum iudex etiam litè non contestata facit aliquem describi inter nomina Reorum. *Julius Clarus pract. quest. 8. fin. quest. 14. numer. 13.*

(111) *Quo ad condemnationem.* Ad quam non procedendum, priusquam iudex in statere & æquilibrio posuerit circumstantias totius causæ, personæ, loci, temporis, qualitatis, quantitatis, eventus. Sunt enim iudici omnia hæc lynceis oculis perspicienda. *l. Sacrilegii ff. ad l. Jul. peculatus.* Et subtili investigatione perquirenda atque trutinanda, uti ante dictum est. *Scholio 106. & 107.*

(112) *Vel propter sufficientia indicia.* De indicis distinctè scripserunt Guido de Sufaria, Franciscus Brunus, Marcus Blancus, Anthonius de Rosellis, quorum tractatus sunt congesti in decimo volumine tractatum Juris. Quæ autem & qualia dicantur sufficientia indicia, late pertractat Jacobus Menochius *lib. 1. pref. 89 per tot.* nihil quo in hac judiciorum materia est quod specialiter Exemptos concernat, & proinde nihil ex professo venit hic inquirendum.

(113) *Propter quæ ad torturam.* Quæ ejusmodi sint indicia, ex quibus deveniri possit ad torturam, unus è multis dilucidè ostendit Jacobus Menochius, *lib. 1. presump. 89.* Quam autem in torturæ exhibitione circumspicere debeat esse iudex, præterea quæ qualis & quanta fides adhiberi debeat confessionibus in tortura factis, tradunt omnes criminalistæ & succinctim clareque Matheus Wezembecius, in *Paratulis tit. de quest.*

(114) *Pro veritate exquirenda.* Quia pleraque crimina clam arbitris & ita occulte committuntur, ut semper copia testium haberi non possit, ideo introductum esse refert Cicero *de Arte orat.* ut per tormenta veritas inquiratur. *Paul. lib.*

lib. 3. sent. tit. 14. § 16. Eleganter Quintilianus lib. 5. cap. 4. in hac torturæ materia sic
 30 scriptum reliquit : Si de habenda quæstione agetur, plurimum intererit quis &
 quem postulet aut offerat, & in quem ex qua causa live jam erit habita, quis ei pro-
 fuerit. Quis & quomodo sit tortus, an credibilia dixerit, an inter se constantia per-
 severaverit in eo quod cæperit, an aliquid dolore mutaverit prima parte quæstio-
 nis, an cruciatu procedente, quæ utrimque tam infinita sunt, quam ipsa rerum
 31 varietas. Ita ille. De generibus vero tormentorum modo & ratione infligendi pro-
 lixè tractavit Tranquillus Ambrosius, *tract. de modo formandi processum informati-
 vum*. Rectè itaque hic Pontifex studet veritati exquirendæ. Veritas enim se-
 pius exagitata magis splendescit in lucem. *cap. grave 32. quæst. 9.* eaque studiosa in-
 quisitione solet inveniri. *l. numerum §. 1. ff. de muneribus*. Veritatem autem impe-
 diunt maximè quatuor illæ cardinales passiones, pro quarum refrenatione, huic
 adoniis versibus utitur Boetius à Navarro laudatus, in *Manuali Confessoriorum
 preluo. 15.*

Gaudia pelle
 Pelle timorem
 Spemque fugato
 Nec dolor adsit
 Nubila menti est.
 Vinctaque frenis
 Hæc ubi regnant.

Potissimè verò inquit Urbanus Papa, *cap. Episcopus 35. quæst. 6.* Timor & amor,
 Timor inquam, quia ut inquit Martialis supra citatus:

Res est speriosa timor.

Amor verò, qui in affectu habendi consistit, quia is est, inquit Seneca in *Oratione*.
 Vis iniqua mentis & blandus animi calor, neque consilium, neque modum in se
 habens ullum incertum, id si ratione certum facere velis: nihilo plus agis quam
 si des operam, inquit Terentius, quod ut cum ratione insanias. Itaque ob oculos
 ponendum, quo sine munuscula præbeantur. Id quod benè exprimit Martialis hoc
 disticho.

Munera magna quidem mitis, sed mitis in hamo

Et Piscatorem Piscis amare potest.

Et concludendum, facultatem ratiocinandi in amatore munerum, non in capite
 sed in pecuniis collocari:

Nam qua reverentia legum,

Quis metus aut pudor est inquam propevatis avari?

Inquit Juvenalis. Certe nulla. Nam

Munera crede mihi excocant hominesque Deisque.

Et ut inquit Horat. Sil. 2. libr. 2.
 Dicam si potero male verum examinat omnis
 Corruptus iudex.

Denique Iudex vacare debet ab amoris passione, quia in iudiciis acceptatio personarum non est habenda. *Can. Sacrorum dist. 63. cap. in iudiciis de reg. iur. in 6.* Alioquin libertate à jure regulata uti non poterit, teste Horat. Satyr. 7. l. 1.

*Quisnam igitur liber? Sapiens sibi que imperiosus
 Quem neque Pauperies, neque mors, neque vincula terrent.
 Occurrere cupidinibus contemtere honores
 Fortis est in seipso totus teres atque rotundus
 In quem manca ruit semper fortuna.*

Et eleganter pieque Calixtus Papa in cap. accusatores 3. quest. 5. Scriptum reliquit in hac verba: Amor carnalis & timor atque avaritia plerumque sensus hebetant humanos & pervertunt opiniones, ut quæstum pietatem putent, & pecuniam quasi mercedem prudentiæ. Præterea D. Gregorius cap. quatuor 11. quest. 3. quatuor modis humanum iudicium pervertitur. Timore dum metu potestatis alicujus veritatem loqui pertimescimus. Cupiditate, dum præmio alicujus animum corrumptimus. Odio, dum contra quemlibet adversarium molimur. Amore, dum amico vel propinquo contendimus præstare auxilium.

(115) *Procedi valeat.* Juris ordine & tramite servato quem ante descripsimus, *glossæ in 89.* hoc est simpliciter, de plano, velo levato & sine longo sufflamine litis.

(116) *Ad ipsos Diocesanos seu ordinarios.* Qui Ordinarii & Diocesani nomine censendi sunt, supra ostendimus *Scholio 60. & 61.* Dicitio *seu* ponitur inter diveta, & stat ampliative ad rem diversam, *Hier. Gratius conf. 153. num. 42. part. 2.* quæ de re etiam supra *Scholio 76.*

(117) *Per eos.* Dicitio *per* denotat perfectionem & augmentum rei cui additur. *Abb. cap. si constiterit num. 13. de accusat.* An autem ex hoc sermone censeatur electa in dicitia personæ, ita quod Diocesani vel ordinarii vires suas alteri demandare non possint, supra ostentum est.

(118) *Authoritate nostra.* An pontifex ita ordinariis rescribendo, jurisdictionem eorum excitate, an vero delegare censeatur, supra ostentum est *Scholio 83.* remittendo lectorem ad tractatum de Exemptionibus *lib. 2. cap. 14.* in quo ubertius omnia quæ huc spectant discussimus.

(119) *In causa inquisitionis seu accusationis.* Duplici enim ratione criminalia iudicia solent institui, aut per inquisitionem, aut per accusationem, sed & quandoque per denunciationem. *Paulus Lancel. instit. Canon. lib. 4. cap. de accusat.* Per inquisitionem criminale iudicium instituitur, cum præcedente diffamatione & quasi

quasi fama denuntiante de crimine per judicem inquiritur. *Lancelot. ibid. §. per inquisitionem.* Necesse autem est, ut infamia præcedat, alioquin iudicium inquisitionis non subsistit idque nisi pars adversus quam inquiritur, non excipiat, taciturnitate enim ejus firmari potest iudicium ita ceptum, vel nisi auctoritate & mandato Papæ vel Principis ad inquisitionem procedatur. *Lancelot. d. loco. §. idem etiam, ubi gloss. in verbis commissis.* Præterea nisi inquisitus crimen fateatur, confessio enim omnem solemnitatis defectum obliterat. *Lancelot. ibid. qua de re etiam Doctores in cap. fin. de accusat. in 6.* Inquisitio autem alia generalis, alia specialis. Generalis citationem non requirit. *Gabriel. Com. concl. libr. 2. de citat. concl. 1. num. 104.* quia per generalem inquisitionem nemo inquisitus dici potest, & per eam lis pendere contra aliquem non dicitur. *Navar. conf. 7. num. 4. de accusat.*

Accusationis autem alia Juris Canonici est dispositio, alia civilis, uti videtur esse fufiffimè apud Prosperum Farinaceum in *pract. crim. lib. 1.* Illud etiam notandum est, omnia delicta Jure Canonico esse publica. *Farinac. d. lib. quæst. 18. num. 16. Item de Anania cap. Statuimus numer. 19. de maledictis gloss. can. infames verb. fures 6. quæst. 1.* Et ideo ordinarius non modò adversus peccantes mortaliter per viam accusationis procedere. *Navar. conf. 7. de offic. ord.* Sed etiam ex officio per inquisitionem secretam inquirere. *Farinac. d. lib. 1. quæst. 1. num. 10.* Clarus in *pract. quæst. 3. vers. sed, cum quicquid sit. Decian. conf. 18. n. 198. Et seqq. lib. 1.*

(120) Uterius. Dicitur hæc est continuative actus ante cepti. Permittitur itaque Ordinario ut resumat armamenta, rementa seu munimenta causæ criminalis ante inchoatæ, ut loquitur Rebuffus in *l. verbum reddendi ff. de verb. sig. Et in l. breves ff. eod.*

(121) Legitimo procedendum. Legitimum dicitur, quod est æquum, justum, conveniens & legitimo modo. *Francus in cap. factum legitime in pr. verb. legitime ff. de Reg. Juris.* Sed hic occurrit dubitatio, quid Pontifex per hunc legitime procedendi modum intelligat. An solemnem, in quem facile quis ob solemnitatem juris positivo non observatam impingat. An verò simplicem & summarium procedendi modum, qui ad naturalem æquitatem, Jusque gentium est redactum? Certe verius est, intellexisse postremum hunc procedendi modum, de quo ante fecerat mentionem. *vide supra Scholio 87.* Juris enim est, clausulam unam rescripti seu constitutionis Apostolicæ per aliam declarari, ubi aperte satis rescripta Pontifex Celestinus in cap. secundo requirit de appellat. Probatque id suo more subtiliter Ludovicus Romanus. *Conf. 334. vers. ultimo quia clarum.* Potrò Pontifex ante sustulit solemnitates judiciorum juris positivi. *d. Scholio 87.* Ergo & in hac clausula id ipsum fecisse censendus est, clausula enim posita in una parte dispositionis, ad omnia alia refertur, cum subest eadem ratio. *Navarrius conf. 92. nu. 4. de Simonia. Fel. in cap. causam. qui num. 4. de rescriptis. Et d. cap. secundum requirit de appellat.*

appell. Denique in Principio hujus constitutionis præscribit modum, formam & legem procedendi contra exemptos, in posteriore autem præfigit similem legem ulterioris procedendi & terminandi processus anteceptos. Porro clausula posita in dispositione legis præcedentis, intelligitur tacite repetita in dispositione legis sequentis, de eadem materia loquentis. *Romani conf. 345. col. 5. in fin. Barth. l. prator aut, §. eritque diffinitia ff. de vi. bon. rapt.*

Pollrem ò qualitates causæ præcedentis veniunt in repetitione uniformi. *Paris. 40*
*conf. 18. num. 23. lib. 2. Rota noviss. dec. 696. num. 13. part. 1. unaque determinatio respiciens plura determinabilia, pariformiter ea determinat. l. hoc iure ff. de vulg. & pup. Et nequid plura verba cujuscumque dispositionis interpretanda sunt, secundum mentem disponentis quæ ex ratione & illius causæ finali colligitur. Abbas d. cap. secundo requiritis. Ostendimus autem intentionem Pontificis esse, ut quanto citius fieri potest, hæc lites expediantur. *Scholio 26.* Estque id etiam reipublicæ bono consentaneum, ut lites quantocius ditimantur. *Navar. cap. novie. not. 6. num. 79. de iudicis.* Ergo id ipsum & voluisse & sensisse Pontificem quem ante scripsimus *Scholio 9.* adeo invigilare paci & quieti subditorum dicendum est & concludendum, hac in specie processum non esse procedendum longo sufflamine litis, ne quod in proverbio est, dicitur, Bonas iudex est.*

(122) *Et causam ipsam.* Scilicet inquisitionis vel accusationis.
 (123) *Prout iustum fuerit.* Dicitur prout denotat modum *l. 1. C. de condit. quæ sub modo l. de eo ff. de cond. causa data. Albertus de pergamo de propositi. num. 77.* Dicitur Pontifex prout iustum fuerit. Quia ex ore sedentis in throno procedit gladius bis acutus, ex ore enim relictissima debet prodire sententia, quæ contra iustitiam nulli pareat, sed reddat unicuique quod suum est. *text. cap. ex ore ubi gloss. de privilegiis. quasi gestans, inquit D. Gregorius in cap. omnis dist. 45. state iam in manu.*

(124) *Terminandam.* U. que ad diffinitionem & exitum causæ illiusque executionem iudex officio functus esse dici non potest. *cap. in literis de offic. deleg. Licet enim per sententiam iudex officio functus dicatur. l. iudex postquam l. cum querebatur. Id verum est respectu cognitionis, non vero respectu executionis. d. cap. in literis. Lan- celot. in situ. canon. lib. 8. de iudicis §. idem juris in gloss. verb. functus.* Quamdiu enim sententia executioni plene non est mandata, lis adhuc dicitur perdurare & nequaquam esse extincta. *Rota novissima dec. 33. num. 10. lib. 3. idque nisi causæ cognitio commissâ fuerit, tunc enim executio sententiæ commissâ non vi lebitur. Apost. ad Felin. in cap. sane num. 2. verb. executio de offic. deleg. & penius per eum in cap. significasti eod. tit.*

An autem à sententia in casu hujus constitutionis appellari possit, quæstionis esse potest? *Speculator de appellat. §. in quibus numer. 14. vers. undecimo.* Distinguit inter clericos regulares & seculares, illos putat appellare à correctio-

ne non posse, quod major sit prelatorum in eos potestas. Hos autem posse, quia id de jure vetitum esse non invenitur, idque diversorum jurium autoritatibus comprobavit verum sacrosanctum & œcumenicum Concil. Trident. indistinctè statuit appellari non posse. *sess. 24. cap. 10.* Confirmavitque ejusdem Concilii interpres Sancia Congregatio, & etiam idiplum in decisionibus Marchiæ comprobavit Antho-
 44 *nius de Amatis decis. 25. Navarr. cap. cum contingat 14. nullitas de rescript. num. 5. de Abb. cap. licet num. 1. § 4. de rescript.* Idque nisi in correctione modus excedatur, eoque casu ut appellatio effectum sortiri possit, deduci debet particulatim & distinctè excessus, qui in correctionis modo commissus est, uti dilucide ostendit Felinus 1. cap. super literis num. 18. de rescriptis. *Marant. de ord. jud. par. 6. act. 2. in decis. for. num. 322.* Idque indistinctè sive versetur in casu quo regularis appellatur, sive qui-
 libet alius clericus secularis. Navarrus enim de Regularib. comment. 3. num. 51. non admittit distinctionem Speculatoris in d. §. in quibus vers. 11. tollentis regulari beneficium appellacionis rationibus per multis, quas ibi Navarrus adducit, autoritatibusque tam juris quam Concil. Trid. confirmat. Proinde si appellatio interponatur, juris effectum non operabitur, Appellatio enim catens adnunculo juris scripti statuti, Concilii vel constitutionis, executionem impedire non potest. *Mandofius de inhibiti-
 45 quest. 59. numer. 6. l. quisquis C. quorum appellat.* Sed an eadem in interlocutoria sententia obtineant, dictum est supra. *Scholus gloss. 73.* Quæ tamen cum mica salis intel-
 ligenda sunt, uti bene animadvertit in explicatione Concilii Tridentini Ignatius Lopez in *practica crim. cap. 79. ut. de concubinaris vers. est tamen circa.* Nisi superiori de
 46 injuria sententia à qua ex actis liqueat, *Staphil. de literis justitia §. Imprimis Nicellus in concord. gloss. concordia §. vers. salit. sexto. Marant. de ord. jud. par. 6. act. 1. in decisori-
 is num. 116. Mathes sing. 127. Rot. noviss. decis. 1376. numer. 1. §. decis. 421. libr. 3.* Quid autem si in continenti gravaminis probatio eff. ratur, videri poterunt Doctores. *Mench. de arbur. lud. lib. 2. Cent. 1. casu 9. §. seqq. Staphil. §. Nicellus ubi supra.* Et quidem talis est præmissorum Doctorum sententia. Verum sacro rote auditorio
 47 decifum fuit, sententias criminales ne quidem ex capite notoriæ injustitiæ revocari possent. *Rota noviss. dec. 91. num. 1. decis. 101. num. 1. par. 1.* Sed an sententia lata contra formam hujus constitutionis de nullitate impugnari possit? Videtur quod sic, Quia sententia lata contra Concilium, est ipso jure nulla. *Cavale. dec. 2. numer. 66. part. 3. dec. 28. num. 14. eadem parte. Caballinus ad Consti. agidianam lib. 6. cap. 28. num. 3. & nunquam transitum facit in rem judicatam. Cavale. d. dec. 28. num. 14. part. 3. Alex. conf. 81. col. 1. vol. 2.* Constitutionem autem hanc esse conciliarem, hoc est in Concilio Lateranensi editam, nemo est qui ambigat. Insuper sententia lata contra extravagantem, hoc est Papalem constitutionem, in volumina librorum juris etiam non redactam, *Joannes Francisci de Pavinis in commentariis ad extravagantes*

tes, si sit publicata & indubitata, est ipso jure nulla, tanquam lata contra legem scriptam. *Ioannes Francisci ibid. Vantius de nullis, tit. de nullis, ex defectu processuum num. 124.* Secus autem (sunt verba Francisci de Pavinis) ubi supra, si de ea dubitatur, per cap. *pastoris de fide instr.* Et ideo super ea Papa est consulendus, & si reperitur in archiepiscopio, dicitur indubitata. *auth. ad hoc C. de fide instr. l. celsus ff. de probat.* Et videm praesumitur, quando reperitur inter extravagantes. 20. qu. 1. cap. quoniam progre-
 num, maxime si reperitur glossata per Doctorem famosum. l. 1. in fin. l. de novo
 Cid. Pavin. ubi supra. vel si fuit diu observata. *Pavin. ibid.* Debet autem extragens 48
 bo, si producendae sunt extra curiam vel sub sigillo Vicecancellarii vel camerarii si
 in curia. *Pavin. ibid. Hieronymus Clarus Brixianus in proemio extravagantium.*

Utrum autem extravagantes quae producuntur, debeant habere datum tempo-
 ris: distinguitur: aut sunt diu observatae vel redactae in volumen legum, & non est
 necesse, vel sunt noviter editae & promulgatae & tunc opus est habeant datam praeci-
 si temporis. *Barb. in extravag. Qui sint Rebelles verbo datum.*

Et quia hoc in *Scholo 124.* appellationis materiam delibavimus, non abs re cen-
 suis, si centum & amplius casus hoc loco recenserem, quos Antonius Nicellus ex diver-
 sis glossarum hypomnematis in unum veluti fascem collegit. *Tractatu de concor-
 diis glossarum concordia 6. ann. 15. usque 161.* Quorum summa capitum quia mate-
 ria crebra & in foro utilis est huiusmodi.

Primo confessus & convictus non appellat etiam in criminalibus. *Anton. Nicel.
 d. concordia 6. num. 9. & 10. late iem Marant. de ord. iud. part. 6. in decisoriis actu 2.
 num. 267. & seqq.*

II. In notoriis criminibus. *Nic. num. 16 gloss. & DD. cap. non solum de app. in 6.
 gloss. ad cap. pastoralis de appel. Marant. d. num. 267.*

III. Cum appellationi est renunciatum. *Nic. ibid. numer. 22. l. fin. §. fin. C. de
 temp. app.*

IV. In material. fin. l. de edict. D. Andr. Nicell. *ibid. num. 25. l. quisquis l. quo-
 rum appel.*

V. In momentanea possessione. *Nicel. num. 26. ubi late id deducit ampliat. &
 perstringit.*

VI. In causa alimentorum. *Nic. numer. 35. latissime supra. Petrus Surdus in tra-
 ctatu de alimentis.*

VII. Item in iis quae celeritatem desiderant. *Nic. d. num. 34. l. fin. C. de app. non re-
 cip. Rom. sing. 786. Petrus in d. tractu de alimentis Tiraq. de pia causa privil. 153.*

VIII. In executivis. *Nicel. num. 37. nisi tamen modus excedatur. l. ab exem-
 ptione C. quorum appell. a sententia tamen de exequendo appellatur secundum
 quos*

- 72 *In Constit. Concil. Later. Exempt. à Jurisd. Ord. moderant.*
 quosdam, quos recenset Antonius Nicellus, *ibid.* Marant. d. numer. 267. & seqq.
 IX. In causa Pia. Secundum aliquos. Nicell. numer. 39. Qua de te vide etiam
 Tiraq. *tract. de Pia causa privilegio* 153.
 X. In interlocutoriis. Secundum jus civile. Nicell. num. 40. Fel. ca. cum loan-
 nis col. 8. *de fide instr. de l. 2. ff. de app. recip. A larant. ubi supra.*
 XI. Cum sententia consensu parvum fertur de consilio sapientis. Nicellus num. 45
Spec. de appell. §. videndum in fin. Fel. cap. causam qua de re jud. Mar. d. loco.
 XII. In causa reductionis ad arbitrium boni viri. Nicell. num. 46. *Finalis in tract.*
clausularum §. Postremo ubi laic. Rom. conf. 261.
 XIII. Officialis in officio condemnatus. Nicell. n. 47. *Inf. in l. qui jurisdictioni col. 3.*
ff. de jurisd. om. jud. l. multi. C. quorum appellat. Marant. d. loco n. 290.
 XIV. In sententia Arbitri. Nicell. num. 48.
 XV. In sententia arbitratoris. Nicell. num. 49. *l. diem proferre §. stari ubi ff. de ar-*
bitris.
 XVI. In arbitrariis modici præjudicii. Nicell. numer. 50. Bald. in sua *Margaria*
vers. appellari non potest. Innoc. cap. conquestus de feriis, Menoch. de arbitr. iud. libr.
quest. 70.
 XVII. In debito fiscali. Nicell. num. 50. *vers. 17. l. abstinendum C. quorum appel-*
lat. Mar. ubi supra.
 XVIII. In vero contumace. Nicell. nu. 51. *ubi id late deducit & restringit Ma-*
rants. ubi supra num. 273. De æquitate tamen canonica etiam verus contumax appel-
lat. Ferrerius conf. 216. num. 3. Anton de Amatus deces. Rota Marchie 36. n. 4.
 XIX. In sententia Principis. Nicell. n. 60. *l. 1. in pr. ff. à quibus appell. non licet.*
 XX. In sententia præfecti prætorio. Nicell. num. 61. *l. a proconsulibus ff. de app. l.*
unica C. de sent. præfectis prætorio.
 XXI. In sententia Episcopi, cujus jurisdictio fuit prorogata. Nicell. num. 62. *l. si*
qui ex consensu ff. de appellat.
 XXII. Cum causa al cuius conscientie commissa est. Nicell. num. 63. Bald. *l. 2. C.*
de sent. ex periculo recitandis.
 XXIII. In sententia ipso jure nulla. Nicell. num. 64. *l. si expressim l. si constat. ff. de*
appellat.
 XXIV. A statuto generali iniquo. Nicell. numer. 66. Bald. *l. quisquis C. quorum*
appellat.
 XXV. A tribus conformibus. Nicell. numer. 67. *tot. tit. C. ne liceat in una eadem-*
que causa.
 XXVI. In causa syndicatus. Nicell. num. 68. *Paris in tract. syndicatus.*
 XXVII. Cum appellatur post tempus à jure præfixum. Nicell. num. 69. *auth. sed*
hodie C. de appel.

XXVIII. Ab edicto Divi Adriani &c. l. fin. C. de edicto. Nicell. num. 70. Decisus & DD. d. l. fin.

XXIX. Appellare non potest victor pro expensis, quando victus à Principali appellavit. Nicell. num. 72. l. fin. l. Quando provocare non est necesse.

XXX. A sententia excommunicationis. Nicell. num. 73. cap. Pastoralis §. verum de appellat. Fel. cap. significaverunt in fine de excepti.

XXXI. Cum appellatur simpliciter ab excessu executionis & non à tanto. Nicell. num. 74. Innocent. cap. super eo quod mes. causa. Abb. cap. quod ad consultationem de re iudicata. ibique Fel. col. 16.

XXXII. Cum quis vult appellare ab uno articulo ex connexis cum aliis, à quibus non potest appellare. Nicell. num. 75. Abb. cap. secundo requirit de appellat. quamvis obstat ea qua de mixtura adfert Menochius. de Rec. poss. Rem. 9. num. 32. Virg. de Botanis ad Egidianam add. 12. num. 1. March. in suo tractat. de differentiis sententiarum.

XXXIII. In dolo est appellante. Nicell. num. 76. c. ut debuit de appellat. Barth. l. tutorem §. tutor. ff. de adm. tut.

XXXIV. A muneribus & honoribus Ecclesiasticis. Nicell. num. 77. Bald. in suis sing. verb. appellatio. Innoc. cap. proposuit de concess. preb.

XXXV. A poena imposta à iure. Nicell. num. 78. Abb. & DD. cap. consuevit 3. & cap. ad nostram de appellat.

XXXVI. A sententia correctionis. Nicell. num. 79. d. cap. ad nostram & vide nos. supra Scholis 12. 4.

XXXVII. Appellans generaliter non admittitur. Nicell. numer. 80. cap. inter cetera de appell.

XXXVIII. Civili iure appellans per saltum non admittitur. Nicell. num. 81. Secus de iure Canonico. gloss. & DD. cap. 2. de consuet. in 6. cap. Pastoralis, cap. ut debuit de appellat.

XXXIX. Cum quis appellat ad superiores, nec nominatim exprimit ad quos. Nicell. n. 82. Rom. conf. 360.

XL. A pari ad parem. Nicell. num. 83. prepos. in Rubr. de appellat. col. 6. Nisi tamen diverso respectu v. g. à Duce ad eundem Regem. Navarr. de Reg. Comment. 3. num. 1.

XLI. De majori ad minus tribunal. Nicell. numer. 84. Abb. cap. fin. in fin. de precario.

XLII. Sine gravamine. Nicell. num. 84. l. fin. C. quando non provoc. non est necesse.

XLIII. Appellans coram alio, quam coram iudice à quo. Nicell. n. 85. tot. in. ff. Quis & à quo cap. appellatio ubi DD. de app. in 6.

XLIV. In sententia fortis. num. 86. prepos. in rubr. de appell. col. 17.

XLV. Semel appellans, non potest iterum appellare deserto actu primæ appellacionis. *Nicell. num. 87. DD. l. cum procurator. §. i. ff. de novi oper. nunt. v. Marant. ubi supra.*

XLVI. A sententia de exequendo. *Nicell. num. 88. Vide etiam Anton. de Canatio tract. de instr. execut. g. 45. & mar. ubi supra.*

XLVII. Qui requisitus de calumnia non jurat. *Nicell. num. 88. Barib. & DD. l. §. quod Actor C. de juram. calumnia.*

XLVIII. Recedens à iudice à quo ante responsionem de Apostolis. *Nicell. num. 89. Baldus in d. suis siog.*

XLIX. A sententia inter alios lata. *Nicell. n. 90. l. a sententia ff. de appellat. ca. cum inter de elect.*

L. Frivole appellans ab interlocutoria, non potest à definitiva appellare. *Nicell. num. 91. Clem. unica de dolo & contum. cap. i. ut lite non contest.*

LI. Appellare nemo potest ut electio non fiat. *Nicell. num. 2. cap. cum nobilitas de elect.*

LII. In decimis. *Nicell. num. 93. cap. suam nobis de decimis. Mar. besc. nus de comm. son. cap. 4. num. 13. fol. 64. Rebuff. de decimis quæst. 15. numer. 21. Petr. de Moneta de decimis cap. 8. num. 58. nisi tamen excipiat de privilegio Papæ aut compositione. Moneta d. loco. n. 59. & 60.*

LIII. In nominatione publici muneris utilitate privati. *Nicell. num. 93. Secus si sit utilitate publicum. l. si ad scribarum ubi Bald. de appellat. Marant. d. loco.*

LIV. Unus de capitulo non potest appellare à decreto maioris partis Capituli. *Nicell. numer. 94. cap. i. de his qua fiunt a maiore parte. Spec. de appellat. §. v. dendum vers. 20.*

LV. Si quis appellet ne in sua Ecclesia resideat. *Nicell. n. 94. cap. perveni. de appellat. Marant. d. loco*

LVI. In minimis causis secundum Jus Civile. *Nicell. num. 95. aliud de iure Canonico. cap. de appellationibus. de appellat.*

LVII. Cum iudex revocat gravamen. *Nicell. ibid. cap. cum cessante de appellat.*

LVIII. In damnato de falsa moneta. *Nicell. num. 96. l. i. C. de falsa moneta. Marant. ubi supra.*

LIX. In acquiescente sententiæ. *Nicell. num. 97. cap. gratum de offic. eleg. l. ad solutionem C. de re iudic.*

LX. Relapsus in hæresim non appellat. *Nicell. num. 98. cap. ad abolendam §. illis quoque de hæreticis.*

LXI. Cum denegatur audientia, seu cum appellatio est prohibita. *Nicell. n. 98. vel perpetuum silentium imponitur Nicellus ibid. recenset lxxcentos prope juris textus, quibus silentium imponitur seu audientia denegatur.*

LXII. Volens appellare ab eo quod fecit vel procuravit fieri. *Nicell. num. 104. §. generaliter §. 1. C. de rebus creditis.*

LXIII. Ab absolute excommunicationis. *Nicell. num. 105. cap. sacro ubi DD. de sent. excom.*

LXIV. A secunda sententia in arbitrariis, quando prima lapsa est in rem iudicatum. *Nicell. num. 106. gloss. l. si. cum exceptione §. hac. actio ff. quod met. causa.*

LXV. A decreto de exhibendo. *Nicell. libid. d. num. 106.*

LXVI. Cum non potest appellari a definitiva, nec etiam potest appellari ab interlocutoria eam precedente. *Nicell. num. 107. quia accessorium naturam sumit sui principalis.*

LXVII. Cum causa committitur appellatione remota. *Nicell. num. 108. l. 1. §. intentum ff. a quibus appellat. non licet. cap. Pastoralis sup. proposuit. cap. meminimus cap. a nobis. de app.*

LXVIII. Appellans ex intervallo viva voce. *Nicell. numer. 110. late prapofuit cap. ut debuit col. 30. de appell.*

LXIX. In appellatione extrajudiciali nisi in casibus exceptis. *Nicell. num. 3. Baribol. §. DD. l. fin. ff. de app. recip.*

LXX. De uno tribunali seu territorio cum ad alud appellatur, & non servatur stylus tribunalis superioris. *Nicell. ibid. numer. 115. Abb. cap. si duobus in not. per. de app.*

LXXI. Quoties periculum est in mora. *Nicell. num. 117. prap. §. DD. cap. quia fronte de app. Spec. de appell. §. in quibus vers. 8.*

LXXII. A pronuntiatione de referendo. *Nicell. num. 118. Sed an ab ipsa relatione. ibid. DD. l. 1. C. de relas.*

LXXIII. Attentans appellare non potest nisi ante omnia attentatum reparat. *Nicell. num. 121. §. suse Lancelot.*

LXXIV. Cum appellatur ab eo, cui media causae sunt commissa. *Nicellus num. 121. glo. e. ut debuit in verb. rationabili de appellat.*

LXXV. Ab iis quae iudex pro arbitrio & non juris necessitate facit. *Nicellus num. 122. Nisi tamen in eiusmodi arbitrio notanter excederet. Menoch. de arbit. ind. lib. 1. quest. 70.*

LXXVI. Cum appellatur a iudice a quo extra tribunal. *Nicellus num. 123. quae tamen opinio paradoxa est & a paucis recepta, ut sentit idem Nicell.*

LXXVII. A facultate quam Doctor habet expellendi fabrum. *Nicell. nu. 123. Bald. l. unica C. si. de moment. Rebuff. de privileg. Schol.*

LXXVIII. A sententia de praestando id quod ex cursu naturae debetur. *Nicell. num. 124. Spec. de app. §. in quibus vers. 8. Naturalia enim civili jure non possunt mutari.*

- LXXIX. A contractu. *Nicell. num. 125. item à transacione. l. à sententia §. si heres ff. de appell.*
- LXXX. In sententia contra quam probatio non admittitur. *Nicell. num. 126.*
- LXXXI. In sententia lata inter Patrem & Filium. *Nicell. n. 127. Spec. de appell. §. in quibus vers. sed nunquid es de offic. iud. ord. §. 1. vers. sed cur.*
- LXXXII. In cautione damni infecti. *Nicell. n. 128.*
- LXXXIII. In executionibus ulimarum voluntatum. *Nicell. num. 128. cap. 1. n. no. bia de testam.*
- LXXXIV. A præcepto iudicis de solvendo; residendo. *Nicell. num. 130. l. si debitor ff. de iud. cap. perveni. 2. de app.*
- LXXXV. A sententia lata vigore Juramenti decisivi. *Nicell. numer. 131. Barth. l. in actionibus in fin. ff. de in litem iurando. Vincens. Caroc. tract. de jurament. decisorio quest. 47. fol. 297.*
- LXXXVI. In laico de consensu etiam utriusque appellante ad Ecclesiasticum. *Nicell. num. 132. ubi vide quomodo id intelligatur.*
- LXXXVII. Cum uterque ab eodem articulo vult appellare. *Nicell. n. 132. proq. §. Card. d. cap. si duobus de appell.*
- LXXXVIII. A sententia in casu auth. bona damnatorum C. de bonis damnat. *Nicell. n. 133. Bal. l. si is qui col. fin. l. si pendente appellas.*
- LXXXIX. Excommunicatus appellans in his quæ extra iudicium fiunt. *Nicell. 133. Spec. d. §. in quibus vers. 35.*
- XC. A sententia senatorum. *Nicell. num. 133. l. 1. ff. à quibus appell. non liceat.*
- XCI. Si sint plures iudices, & quis velit appellare ab una vel in parte parte. *Nicell. n. 134. lex Clem. 1. ubi DD. de appellat.*
- XCI. Cum copia iudicis à quo haberi non possit, superior queri debet. *Nicell. n. 136. l. 1. §. biduum & §. die ff. quando appell. fit.*
- XCI. A sententia legis, *Nicell. ibidem.* à sententia tamen qua quis declaratur incidisse in penam legis, licet appellare. *g. off. cap. cupientes §. quod si de elect.*
- XCV. Appellans non exprimendo qualitatem sententiæ vel gravaminis. *Nicell. n. 137. l. 1. §. 1. ff. de appel.*
- XCV. Faciens actum per quem videtur appellationi renunciare. *Nicell. num. 118. Etiam si sit actus tacitus. late Felinus cap. quod ad consultationem cor. 5. de re iud.*
- XCVI. Contra seditiosos si sententia lata sit. *Nicell. num. 139. l. Constitutiones ff. de appellas.*
- XCVII. Contra duces factionum. *Nicell. ibid. d. l. Constitutiones.*
- XCVIII. Contra insignes latrones. *Nicell. ibid. d. l. constitutiones.*
- XCIX. Cum non petuntur Apostoli. *Nicell. n. 140. l. 1. ff. de libel. domiss.*
- C. In causâ beneficiâ non appellatur bis sed semel tantum. *Nicell. numer. 141.*

Ret. decis. 387. incip. fuit dubitatum.

CI. Cum quis tacite renuntiat appellationi. *Nic. num. 142. DD. l. tale pallium qui provocavit ff. de pallis.*

CII. Cum appellatio non admittitur nec à iudice à quo, nec à iudice ad quem. *Nicellus num. 142. Barb. l. chirographus §. 1. ff. de admist. iur. cap. sollicitudinum ubi de app.*

CIII. Ad effectum devolutivum appellatio debet intimari appellato vel illius procuratori. *Nicellus numer. 143. DD. Clem. 1. de appel. late Lancelot. de at. tentati.*

CIV. Qui procurat ut iudex se absentet. *Nic. ibid. cap. Pastoralis §. fin. de offi. del.*

CV. In crimine læsæ majestatis. *Nic. num. 144. Adde Marant. in suo speculo, cap. de appellat.*

CVI. In causa Simonia. *Nicellus num. 145. gloss. cap. urgentis de hereticis. Marant. ubi supra.*

CVII. Cum iudex admittit exceptionem si probata fuerit. *Nic. num. 146. Spec. de ex. ep. §. coram vobis vers. nem cautus sit iudex.*

CVIII. A futuro gravamine. *Nicel. numer. 146. cap. dilecto, cap. cum cessante de appel.*

CIX. In servo & quocumque alio cui denegatur iudicium. *Nicel. ibid. l. fin. in pr. ff. de app.*

CX. Ab iis quæ sunt facti. *Nic. ibid. Bald. l. si quis provocatione C. de app.*

CXI. A rescripto Principis. *Nic. ibid. l. iubemus. C. de appel.*

CXII. In debitore Reip. *Nic. ibid. 10. l. fin. C. quorum app. Mar. ubi supr.*

CXIII. In appellatione alternativa. *Nic. ibid. est tamen paradoxum uti refert Felin. cap. inter cætera de appell.*

CXIV. In crimine barataria. *Nic. ibid. Bald. Autb. novo iure C. de pena iud. qui male iudicavit.*

CXV. In interdicto. *ibid.*

CXVI. A gravamine extrajudiciali. *ibid. quod ut intelligatur, ibi perspicit.*

CXVII. Si forma statuti in appellatione observanda non observetur. *Nic. num. 150*

Capolla conf. 54.

CXVIII. Cum iudex negligens est, vel nihil decernit. *Nicel. nu. 51. Bald. l. fin. C. de iur. et iur. locut. om. iud.*

CXIX. Cum appellatur à sententia, qua locatio revocatur facta sine consensu Capituli. *Nic. ibid. n. 152. c. ad audiendum de reb. credit.*

CXX. Cum statuto prohibetur appellatio. *Nicellus numer. 152. l. 1. ff. qui et à quibus.*

CXXI. A sententia super primo decreto, Nicell. num. 118. fallentia 83.
Hi sunt casus quos obiter ex Antonio Nicello jurisconsulto Placentino collegi, & digito tantum demonstravi, Lector pro re nata qualiter is quemque casum extenderit vel restinxerit variisque rationibus firmaverit ex eo tanquam ex fonte haurire poterit.

(127) *Remittendam.* De remissione autem criminosa ad locum commissi criminis consuetudo est juri contraria, uti refert Andreas Gaill. de pace publica lib. 1. cap. 16. num. 30. & seqq. Solent tamen inquiri idera num. 31. Magistratus vicini juris quodam amicitiae vicinitatisque criminosos sibi invicem remittere sub antigrapho, hoc est attestazione scripto redacta, quod ejusmodi remissio jurisdictioni remittentis praesidio futura non sit, id quod si inter laicos magistratus observatur, longe magis inter Ecclesiasticos deberet observari, qui uni Principi, hoc est uni Pontifici subiecti sunt, ca. cuncta per mundum 9. quest. 3. Quid sit remissio, quae in ea consideranda sint, in quibus casibus sit facienda, qualiter fieri debeat. Quod sit officium ejus ad quem fit remissio, denique de remissione quae fit à iudice superiore ad inferiorem late tractat Speculator tit. de remissionibus.

S. OCTAVUS.

SUMMARIUM.

- | | |
|--|---|
| 1. Notarii unde dicti. | 5. Pontificum defunctorum debet esse memoria laudabilis, etiamsi illaudeat existet. |
| 2. Notarii S. Sedis qui dicuntur & an sint in dignitate. | 6. Habens non facit Monachum. |
| 3. Officium qualiter surpetur & differat à dignitate. | 7. Sedis appellatione quid significetur. |
| 4. Primitiva Ecclesiae fervor. | |

(126) **N**otarii (127) autem (128) dictae Sedis (129) quorum officium (130) in ipsis primitivae Ecclesiae initiis (131) & felicitis record. (132) Clem. Papa, (133) ad sanctorum gesta perquirenda atque contribuenda noscitur institutum (134) ad prethonoriarum officium assumpti (135) habitum & Rocherum deferentes (136) & alii nostrae & dictae sedis (137) officiales (138) actu sua officia exercentes (139) tam in civilibus quam in criminalibus (140) ab omni ordinariorum jurisdictione (141) sint exempti.

SCHO-